



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

6. Falsatio, & vsus litteraru[m] Apostolicarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

superiorem non agnoscunt. Papal  
Concilium Generale, aut qui alio  
hoc ius legitimæ & immemorabilis  
(cuius initii non extat memorie  
scilicet centum annorum) prescrip-  
tione compararunt, exigen-  
te nimirum iusta causa vel propter  
congruam Principis sustenta-  
tionem, necessitatem, aut manife-  
stam boni communis utilitatem, di-  
rebus solum causa negotiationis,  
aut mercaturæ transmissis. Unde  
vulgariter iniustæ gabellæ sunt  
rebus iis impositæ, quas ad suam  
aut si orum sustentationem acqui-  
runt. Plura A. Zor. p. 3. l. 5. c. 19.  
20 & 21. de personis à solutione  
gabellarum exemptis Scort. Epit.  
29. §. 6. Conc. Trid. sciss. 25. c. 20.  
de reform.

VI. Falsificantes litteras Apo-  
stolicas aut Supplicationes per  
Rom. Pontificem, vel aliam de e-  
iusdem autoritate signatas. Nec  
non

non fabricantes falso litteras Apostolicas falsoque signantes. Eiusmodi verò litteris utentes excommunicationem non tamen Papæ reseruataam incurruunt.

Puta illas solum quæ in Curia Rom.

& Cancellaria Apostolica per Papam eiusq; officiales nomine Papæ expediuntur, non autem litteras Episcoporum, Nuntiorum, Legatorum, siue sint Bullæ quæ Amplio stylo scrip. & plumbeo sigillo signatur, siue Brevia Humiliori stylo exarata, rubeaq; cerâ sub piseatoris annulo muniantur. Item supplicationes tam iustitiae quam gratiæ, quibus aliquid à Papa vel ex iustitia vel gratia petitur.

VII. Transmittentes seu deferentes equos, arma, metalla, canabem, funes, & id genus compluria bellico usui Instrumenta, v. g. ad instruendum exercitum terrâ vel mari classem idonea, ad

C 2 Tur-